


ALTERA PARS.

UNDE

DIONYSII HALICARNASSENSIS
DE VETERIBUS SCRIPTORIBUS
IUDICIA SINT REPETENDA.



Unde Dionysii Halicarnassensis de veteribus scriptoribus iudicia*) sint repetenda.

(περὶ ἀρχαίων sive περὶ τῶν ἀρχαίων**).

Non multum proficimus nudis praeceptis artis oratoriae nisi exemplis illustrantur, quibus ars ipsa nata est et alta***). Et spectabant veteres rhetores id imprimis, ut adolescentibus arte oratoria instituendis integrae orationes aut partes ab optimis scriptoribus sumptae proponerentur imitandae, quod iam Antiphon in arte fecisse traditur (v. Spengel Art. script. p. 105 sq.).

Dionysius eandem viam ingressus composuit libros περὶ τῶν ἀρχαίων, de praecipuis oratoribus et rerum scriptoribus; de Thucydide, de Platonis elocutione, de Demosthene aliisque peculiaribus libellis disputavit aut disputaturum se esse promisit. Hoc unum spectant, si quid video, haec Dionysii opera, ut ostendant, quae in illis scriptoribus digna sint, quae imitentur adolescentes artis oratoriae studiosi. Eandem fere fuisse Dionysii librorum de imitatione (περὶ μιμήσεως) indolem et per se consentaneum est et quae exstant reliquiae evincunt. De consilio huius operis ipse init. de Thucyd. iud. p. 810 R haec dicit: Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσι περὶ τῆς μιμήσεως ὑπομνηματισμοῖς ἐπεληλυθώς, οὗς ὑπελάμβανον ἐπιφανεστάτους εἶναι ποιητάς τε καὶ συγγραφεῖς, ὧς Κόιντε Αἴλιε Τουβέρων, καὶ δεδηλωκώς ἐν ὀλίγοις τινάς, ἃς [legendum ὀλίγοις, τινάς] ἕκαστος αὐτῶν εἰσφέρειται πραγματικὰς τε καὶ λεκτικὰς ἀρετάς, καὶ πῇ μάλιστα χείρων ἑαυτοῦ γίνεται κατὰ τὰς ἀποτυχίας, εἴτε τῆς προαιρέσεως οὐχ ἅπαντα κατὰ τὸν ἀκριβέστατον λογισμὸν ὁρώσης, εἴτε τῆς δυνάμεως οὐκ ἐν ἅπασιν τοῖς ἔργοις κατορθούσης· ἵνα τοῖς προαιρουμένοις γράφειν τε καὶ

*) ipse operam suam κρίσιν vocat de Lys. c. 20 p. 496 R; κρίνω p. 557, κριτήρια quae disciplina subministrat p. 898 R.

**) totius operis inscriptioni vocabulam ῥητόρων adici non licet, nam non erat de oratoribus solis; verbum ὑπομνηματισμοῖ sive πραγματεία quin addatur, nihil obstat (v. p. 758, p. 810).

***) cf. Dionys. de Lys. iud. c. 18 p. 492 R.

λέγειν εἰ καλοὶ καὶ δεδοκιμασμένοι κανόνες*) ὧσιν, ἐφ' ὧν ποιήσονται τὰς κατὰ μέρος γυμνασίας, μὴ πάντα μιμούμενοι τὰ παρ' ἐκείνοις κείμενα τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρετὰς αὐτῶν λαμβάνοντες, τὰς δ' ἀποτυχίας φυλαττόμενοι. Contra hanc praecipendi rationem omnemque Graecorum morem non sua, sed ex optimis scriptoribus sumpta exempla ponendi pugnat non sine superbia auct. ad Herenn. IV c. 1—8 loco lectione dignissimo: „Quoniam in hoc libro, Herenni, de elocutione conscripsimus et, quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus et id fecimus praeter consuetudinem Graecorum, qui de hac re scripserunt, necessario faciendum est, ut rationem nostri consilii demus.“ etc. Locos ex antiquis desumptos maximam partem librorum rhetoricum explevisse docet paulo post: (§ 5) „Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores et poetae et suum quisque de libris sustulerit, nihil istis, quod suum velint, relinquatur.“

Dionysii igitur iudicia artissime cum arte rhetorica cohaerent atque inter libros rhetoricos sunt referenda. Hac causa adductus sum, ut Halicarnassensis opera critica hac de fontibus rhetoricis quaestione complecterer. Sed cum quaestionem de omnibus scriptoribus, quorum vel ex proposito vel obiter censuram egit Dionysius, et iusti libri ambitum et vires meas excedere sentirem, gravissimam iudiciorum partem de oratoribus tractandam mihi sumpsì reliquis in praesens sepositis.

De oratoribus atticis.

Cum Graecia civium pravitate, Macedonum opibus, aliquanto post Romanis per totum mare internum eiusque oras victoribus et triumphantibus ad tenuissimam libertatis speciem redacta *παρρησία* illa, fecundissima ingenuorum oratorum parens, e foro et e vita sublata esset: ad antiquorum oratorum studia confugerunt homines eruditi; orationum volumina convehantur, in ordinem redigebantur, genuina secernebantur spuris, oratorum virtutes in comparisonem vocatae ponderantur.

*) in rhetorum praeceptionibus atque exemplis latent canonum scriptorum fundamenta.

Quorum studiorum quantum in Dionysii libros rhetoricos redundarit, iam quaerendum est. Disputare sibi Dionysius proposuerat (περί τ. ἀρχ. praef. c. 4 p. 450 R): Τίνες εἰσὶν <οἱ addo> ἀξιολογώτατοι τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαιρέσεις τοῦ τε βίου καὶ τοῦ λόγου καὶ τί παρ' ἐκάστου δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι*) . . . τῶν δὲ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος πολλῶν πάνυ ὄντων καὶ ἀγαθῶν τὸ μὲν ὑπὲρ ἀπάντων γράφειν μακροῦ λόγου δεόμενον ὁρῶν ἐάσω, τοὺς δὲ χαριεστάτους ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος κατὰ τὰς ἡλικίας ἐρῶ περὶ ἐκάστου· νῦν μὲν περὶ τῶν ῥητόρων, ἐὰν δ' ἐγχωρῇ, καὶ περὶ τῶν ἱστορικῶν. ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβάνόμενοι ῥήτορες τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων Λυσίας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δ' ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις Δημοσθένης, Ὑπερίδης, Αἰσχίνης, οὓς ἐγὼ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κρατίστους. De Isaeo iud. fin. p. 629 R: ἡ γὰρ δὴ τελειοτάτη ῥητορικὴ καὶ τὸ κράτος τῶν ἐναγωνίων λόγων ἐν τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἔοικεν εἶναι.

Quid Dionysius in his sex oratoribus eligendis spectaverit, satis luculenter docet de Din. iud. c. 1 p. 629 R: Περ Δεινάρχου τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἰρηκῶς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων γραφεῖσιν διὰ τὸ μήτε εὐρετὴν ἰδίου γεγονέναι χαρακτῆρος τὸν ἄνδρα, ὥσπερ τὸν Λυσίαν καὶ τὸν Ἰσοκράτην καὶ τὸν Ἰσαῖον· μήτε τῶν εὐρημένων ἐτέροις τελειωτὴν,**) ὥσπερ τὸν Δημοσθένην καὶ τὸν Αἰσχίνην καὶ Ὑπερίδην ἡμεῖς κρίνομεν.

Exoritur inde quaestio satis gravis de canone oratorum nobis tantum excutienda quantum ad Dionysium pertinet, praesertim cum I. Brzowska tota de hac re docte et dilucide disseruerit***). Atque canonem decem quidem oratorum ante Dionysium fuisse aut non fuisse ex verbis eius probari non potest; canonas autem fuisse aut condi coeptos esse ex verbis οὓς ἐγὼ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κρατίστους facile concludi licet. Quos ipse elegit sex oratores nomine Ἀττικῶν comprehendit (ad Pomp. 2 p. 758 R ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων). Demetrium Magnetem quoque eo nomine delectum significasse testatur Dionys. de Din. c. 1 p. 631 R; quot oratores

*) hanc esse summam facile apparet.

**) saepenumero verbum τελειόω hoc sensu usurpat, v. p. 956 R, p. 959.

***) De canone decem oratorum atticorum quaestiones. Vratisl. 1883.

receperit, parum elucet; plus quam Dionysium eum recepisse verisimile est, quod Dinarchum in atticorum numero exhibet (cf. Brzoska p. 17). Etiam Cicero canonem indicare videtur de opt. gen. or. § 13: „Ex quo intellegitur quoniam Graecorum oratorum praestantissimi sint ii, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes, hunc si qui imitetur, eum et attice dicturum et optime, ut, quoniam attici propositi sunt ad imitandum, bene dicere id sit attice dicere.“

Superiorum de antiquis scriptoribus studia pervarvi se facere in fronte libelli Dionysius indicat (p. 450 R): θεωρήματα καὶ ἀναγκαῖα τοῖς ἀκούουσι (malim cum Reiskio ἀσκοῦσι, ut saepius alibi) τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν καὶ οὐδὲ που μὴ Δία κοινὰ οὐδὲ καθημαξευμένα τοῖς πρότερον. ἐγὼ γοῦν οὐδεμιᾷ τοιαύτῃ περιτυχὼν οἶδα γραφῇ πολλὴν ζήτησιν αὐτῶν ποιησάμενος. οὐ μὲν δὴ διαβεβαιουμαί γε ὥς δὴ καὶ σαφῶς εἰδώς. τάχα γὰρ ἂν εἶέν τινες αἱ ἐμὲ διαλανθάνουσαι τοιαῦται γραφαί. Se paene vacuam provinciam sortitum esse Dionysius supra quoque de compositionis auctoribus disputans affirmaverat (αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ γένόμενος), quamquam, si pauca excipias, superiorum vestigia eum pressisse docuimus, ut inde paululum suspicionis hic quoque moveatur. Sane ei condonabimus, si unum alterumve librum sibi parare non poterat, sed si in eis ipsis libris quos affert aut quos facile congerere potuit, gravissimae earum rerum disputatae erant, nimium spiritum sibi sumpsisse Halicarnassensem dicemus.

Omnium fere oratorum crisin facit Dionysius ad eandem iudicandi formam vel tabulam, id est ad praecepta rhetorica (πραγματικὸν τόπον, εὔρεσιν, οἰκονομίαν; λεκτικὸν τόπον, ἐκλογὴν ὀνομάτων, σύνθεσιν, ἀρετὰς τῆς λέξεως etc.), quibus in priore parte harum quaestionum explanatis eorumque fontibus detectis iam magis distincte Halicarnassensis iudiciorum ratio atque auctoritas perspicietur. Hac posteriore parte omissis rhetoricis praeceptionibus omissaque illa iudicandi tabula ponam quam ipse in singulis oratoribus dare solet summam iudicii fontesque quaeram.*)

*) in universum cf. Fr. Blafsii librum „Attische Beredsamkeit.“

I.

De Lysia.

(p. 452—534 R).

Quae c. 2—12 disseruit Dionysius ipse c. 13 p. 481 R sic comprehendit: καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἐρμηνείαν ἀγαθὰ τοῦ ῥήτορος ταῦτα· συγκεφαλαιώσομαι γὰρ τὰ ῥηθέντα· τὸ καθαρὸν τῶν ὀνομάτων, ἡ ἀκρίβεια τῆς διαλέκτου, τὸ διὰ τῶν κυρίων καὶ μὴ τροπικῶν κατασκευῶν ἐκφέρειν τὰ νοήματα, ἡ σαφήνεια, ἡ συντομία, τὸ συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα, τὸ ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγειν τὰ δηλούμενα, τὸ μηδὲν ἄψυχον ὑποτίθεσθαι πρόσωπον μηδὲ ἀνηθοποίητον. ἡ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων ἡδονὴ μιμουμένη τὸν ἰδιώτην*) τὸ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι τοὺς πρέποντας ἐφαρμόττειν λόγους, ἡ πιθανότης καὶ ἡ χάρις καὶ ὁ πάντα μετρῶν**) καιρός. ταῦτα παρὰ Λυσίου λαμβάνων ἂν τις ὠφεληθείη. ὑψηλὴ δὲ καὶ μεγαλοπρεπὴς οὐκ ἔστιν ἡ Λυσίου λέξις οὐδὲ καταπληκτικὴ μὰ Δία καὶ θαυμαστὴ οὐδὲ τὸ πικρὸν ἢ τὸ δεινὸν ἢ τὸ φοβερὸν ἐπιφαίνουσα οὐδὲ ἀφὰς ἔχει καὶ τόνους ἰσχυροὺς οὐδὲ θυμοῦ καὶ πνεύματός ἐστι μεστή· οὐδ', ὥσπερ ἐν τοῖς ἡθεσίν ἐστι πιθανή, οὕτως ἐν τοῖς πάθεσιν ἰσχυρά οὐδ' ὥς ἡδῶναι καὶ πείσαι καὶ χαριεντίζασθαι δύνανται (δυνατὴ Sylb.), οὕτω βιάσασθαι τε καὶ παραναγκάσαι· ἀσφαλὴς τε μᾶλλον ἔστιν ἢ παρακεκινδυνευμένη, καὶ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἰσχὺν ἱκανὴ δηλῶσαι τέχνης, ἐφ' ὅσον ἀλήθειαν εἰκάσαι φύσεως. Haec de verbis eligendis et componendis et de virtutibus oratoriis. Quid de πραγματικῷ χαρακτήρι Lysiae iudicet, summam repetit c. 15 p. 487: ἐκ δὲ τούτων παρακελεύομαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν αὐτόν, τὴν μὲν εὑρεσιν τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τὴν σύγκρισιν [legendum puto κρίσιν, v. p. 9] ζηλῶν· τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐγγρασίαν [alibi ἐξεγγρασίαν, quod reponendum censeo] αὐτῶν ἐνδεστέραν οὖσαν τοῦ προσήκοντος, μὴ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ παρ' ἐτέρων, οἳ κρείττους οἰκονομήσαι τὰ εὐρεθέντα ἐγένοντο, περὶ ὧν ὕστερον ἐρῶ, τοῦτο τὸ στοιχεῖον λαμβάνειν.

De Lysia iudicium quale exposuit sibi ipsum finxisse testatur c. 20 p. 496 R: Τοιοῦτος μὲν δὴ ἔστιν ὁ Λυσίου χαρακτήρ, ὥς ἐγὼ δόξης ἔχω περὶ αὐτοῦ. εἰ δέ τις ἄλλα παρὰ ταῦτα ἔγνωκε, λεγέτω· κὰν ἢ πιθανώτερα, πολλὴν αὐτῷ χάριν εἶσομαι.

*) in compositione maxime est oratoris ars.

**) codd. ὁ μετὰ πάντων καιρός, quod nisi retinendum est, malim ὁ ἐπὶ πάντων καιρός.

Auctorem affert quamquam non ipsius de Lysia iudicii c. 3 Timaeum, qui tropicam orationem inde ab Gorgia Athenis quoque grassari coepisse tradidit, et c. 6 Theophrasti sententiam impugnat, qui orationis concisae et brevis auctorem Thrasymachum fuisse volebat. Eundem Theophrastum carpit c. 14 p. 483, quod Lysiae nimium studium elocutionis poeticae et figuratae opprobriaverit. Praecepta oratoria quae satis largiter inspersit ex Isocrateorum disciplina fluxisse supra docuimus.

Videamus iam quae fuerint ante Dionysium iudicia viro-
rum doctorum. Apud Platonem, acrem Lysiae exagita-
torem, Phaedrus virtutes oratoris laudat, Socrates vitia re-
prehendit, quod iudicium non multum discrepat ab iudicio
Dionysii, qui Platonis Phaedrum dialogum alludit de Isocr.
iud. c. 12 p. 558 R. In universum hoc de Lysia iudicat
(Phaedr. p. 228 A): δυνατώτατος ὢν τῶν νῦν γράφειν. In λεκτικῷ
τόπῳ Lysiae electio verborum laudatur p. 234 C sq.: Φαιδρ.
Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τὰ τε
ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρησθαι; . . . Σωκρ. καὶ ταύτη
δεῖ ὅπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ τὸν λόγον ἐπαινεθῆναι, ὥς τὰ δεόντα εἰρηκότος
τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ μόνον, ὅτι σαφὴ καὶ στρογγύλα
καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετέρονται;

In πραγματικῷ τόπῳ Phaedrus Lysiae εὗρεσιν summis
laudibus comulat p. 235 B: τῶν ἐνόντων ἀξίων ῥηθῆναι
ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν,*) ὥστε παρὰ τὰ ἐκείνῳ
εἰρημένα μηδὲν ἂν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλεῖον καὶ πλείονος
ἕξια. Vehementer autem exagitur a Socrate οἰκονομία
p. 264 B: Τί δὲ τᾶλλα; οὐ χύδην δοκεῖ βεβλήσθαι τὰ τοῦ
λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δεύτερον εἰρημένον ἔκ τινος ἀνάγκης δεύτερον
δὴ τεθῆναι, ἢ τι ἄλλο τῶν ῥηθέντων; κτλ.

De Timaeo v. Car. Müller fragment. histor. graec. I
p. XLIX. Timaeum Tauromenitam de Lysia disputasse testatur
Cicero quoque Brut. 16,63: Catonis autem orationes non
minus multae fere sunt quam Attici Lysiae, cuius arbitror

*) = Dionys. de Lys. 15 p. 486 R: εὐρετικός ἐστὶ τῶν ἐν τοῖς πρά-
γμασιν ἐνόντων λόγων ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον ὢν ἅπαντες εὐροιμεν <ἄν>, ἀλλὰ καὶ ὢν
μηθεῖς, οὐδὲν γὰρ ἀπλῶς Λοσίης παραλείπει τῶν στοιχείων κτλ.

plurimas*) esse. Est enim Atticus, quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere; quamquam Timaeus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas. Et quodam modo est nonnulla in his etiam inter ipsos similitudo: acuti sunt, elegantes, faceti, breves; sed ille Graecus ab omni laude felicior. Ex Timaeo non solum ea deprompta puto, quibus apposuit Dionysius eius nomen p. 458: ἦψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθηνησὶ ῥητόρων ἡ ποιητικὴ τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὥς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβέων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ, sed etiam quae paulo ante dedit Dionysius, iam a Thucydide illud dicendi genus fuisse usurpatum, nihil eiusmodi inveniri apud Lysiam, Timaeum spectare arbitror, qui similiter atque Theophrastus Lysiam poetica sectari dixerat. Sed Timaeo non multum Halicarnassensem debere facile concedo.

Maioris momenti sunt Theophrasti studia rhetorica, quamquam nisi bis Dionysius eius nomen non apponit. Sunt autem hi loci c. 6 p. 464 R: Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὐρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάντο θάυμαστήν, ἧς Θεόφραστος μὲν φησὶν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν· καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προσέχειν ἔμοιγε δοκεῖ. λέγω δ' ὥς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν, καὶ εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τό γέ τοι περὶ τοὺς ἀληθινούς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρίφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιουμαί γε, ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρόν· ἀλλ' ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαρρῶν ἂν ἀποφηνάμην. τίς δ' ἐστὶν ἡν φημι ἀρετὴν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξεις, οἰκεία πάντο καὶ ἀναγκαῖα τοῖς δικανικοῖς λόγοις καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι.

Non inquirō hic, uter de illius virtutis auctore recte sentiat, quamquam Theophrasti auctoritas multum valet**), hoc certe nostrae quaestioni accrescit, iam multo ante Dionysium de virtutibus oratoriis disputatum fuisse, qui auctores

*) Lysiae plus CC Dionysius, Catonis CL fuisse Cicero tradit.

**) Theophrastum merito secutus esse videtur Cicero or. § 171 et 175: „apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, quum hoc probatur“ (numerus in oratione esse); § 175 „princeps inveniendi fuit Thrasymachus“; invenit igitur circa annum a. C. n. CCCCXLVI et est Lysia superior, qui natus est ca. a. CCCCLVIII.

singularum fuissent, qui melius excoluissent. Atque hac in re non ultimo loco Thaophrastum, qui omnes elocutionis partes diligentissime tractasse videtur, habendum esse et quae supra de Theophrasto disseruimus docent et quae infra afferemus confirmabunt.

Accedo ad alterum locum, quo Dionysius acer censor Theophrasti exstitit, de Lys. c. 14 p. 483: Καὶ θαυμάζειν ἄξιον, τί δὴ ποτε παθὼν ὁ Θεόφραστος τῶν φορτικῶν καὶ περιέρ-γων αὐτὸν οἶται ζηλωτὴν γενέσθαι λόγων καὶ τὸ ποιητικὸν διώκειν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθινόν. ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τοῦτοις σχήματα διεσπουδα-κότων καὶ δὴ καὶ τὸν Λυσίαν ἐν τοῦτοις καταριθμεῖ, καὶ τὸν ὑπὲρ Νικίου, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων, λόγον, ὃν εἶπεν ἐπὶ Συρα-κουσίων αἰχμάλωτος ὢν, ὡς ὑπὸ τοῦτου γεγραμμένον τοῦ ῥήτορος, παρατιθείς, κωλύσει δ' οὐδὲν ἴσως καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου. ἔστι δὲ ἡδε·

Ἀντίθεσις δ' ἔστι πριττῶς (cf. Aristot. rhet. III c. 9), ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία προκατηγορηθεῖη, τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες, καθαπερὶ ποίημα [aridet Marklandi παίγμα], διὸ καὶ ἦττον ἀρμόττει τῇ σπουδῇ. φαίνεται γὰρ ἀπρεπές, σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι τοῖς ὀνόμασι παίζειν καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν. ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατὴν· οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν·

Κλαίω τὸν ἀράχτην καὶ ἀναυμάχτην ὄλεθρον. ἰκέται μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀπο-φαίνοντες, ἀνακαλοῦντες συγγένειαν, εὐμένειαν·

ταῦτα γὰρ εἰ μὲν τῷ ὄντι Λυσίας ἔγραψε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο, χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ. εἰ δὲ ἐτέρου τινός ἐστιν ὁ λόγος, ὥσπερ ἐστίν, ὁ κατηγορῶν ἂ μὴ προσῆκε τοῦ ἀνδρὸς μεμπτότερος. ὅτι δὲ οὐκ ἔγραψε Λυσίας τὸν ὑπὲρ Νικίου λόγον οὐδ' ἐστὶν οὔτε τῆς ψυχῆς οὔτε τῆς λέξεως ἐκείνης [fort. ἐκείνου] τὸ γράμμα, πολλοῖς πάνυ τεκμηρίοις ἀποδείξαι δυνάμενος οὐκ ἔχω καιρὸν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ· ἰδίαν δὲ περὶ τοῦ ῥήτορος πραγματείαν συνταττόμενος, ἐν ἣ τὰ τε ἄλλα δηλωθήσεται μοι καὶ τίνες εἰσὶν αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι, τὴν ἀκρίβειαν ἐν ἐκείνοις καὶ περὶ τοῦδε ἀπο-δοῦναι πειράσομαι τοῦ λόγου. Quae Dionysii testimonia fuerint

ex verbis ,ὅττε τῆς φύχης κτλ. non satis probabiliter conicere possumus; Spengelius harum rerum acutissimus iudex Art. script. p. 139 sq. fortiter Theophrasti auctoritatem tuetur. Sed utcunque res se habet, altero loco videmus Theophrastum non nudas praeceptiones tradidisse, sed exemplis quoque illustrasse, virtutibus laudatis notatis vitiis, ut Dionysium plura inde repetere potuisse et repetiisse probabilis sit coniectura. Sed solent quidam homines cum aliorum fruges in usum suum convertunt, tacere, clamare, cum eosdem in errore deprendisse sibi videantur.

Iuvabit Ciceronis quoque testimonia afferre, quem e fontibus Graecis, qui supra Dionysium redeunt, hausisse constat. Brut. c. 16 § 64 locus quem supra dedi sic continuatur: ,Habet <Lysias> enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates consecuntur; quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. Quamquam in Lysia sunt saepe etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. Verum est certe genere toto strigosior; sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudent. Τὸ μεγαλοπρεπὲς igitur et τὸ παθητικὸν Cicero quoque ab eo abiudicat. De opt. gen. or. III 9 sq.: ,imitemur si poterimus Lysiam et eius quidem tenuitatem potissimum; est enim multis locis grandior, sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsas aliis et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieunior, cum se ipse consulto ad minutarum causarum genera limaverit. Quod qui ita faciet, ut, si cupiat uberior esse, non possit, habeatur sane orator, sed de minoribus; magno autem oratori etiam illo modo saepe dicendum est in tali genere causarum. Ita fit, ut Demosthenes certe possit summis dicere, elate Lysias fortasse non possit. Brut. 11,35: ,Tum fuit Lysias ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie, subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere. Orat. 9,29: ,Dicat igitur attice venustissimus ille scriptor ac politissimus Lysias — quis enim possit id negare? De orat. III 7,28: ,Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias . . . habuit. Cicero igitur ipse quoque tribuit Lysiae τὸ ἀρελές, καθαρεύειν, χάρις; subtilitate plures virtutes comprehendere videtur.

Caeciliū m porro in Lysia aestimando cum amico Dionysio conspirasse testis est Photius bibl. p. 489 b 13 Bk.: Καικίλιος εὐρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα (Lysiam) συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὐρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν.

Quintiliani iudicium, si non totum, magna ex parte ex Cicerone pendet; Dionysium quoque secutus esse videtur 9,4 16 et 17, quamquam non omnia, quibus Quintilianus et Dionysius concinunt, Fabius Halicarnassensi debeat necesse est.

Denique concedo sane Dionysium iudicium de Lysia copiosius et accuratius exposuisse quam priores*); sed summa iudicii inter hos iam constabat.

II.

De Isocrate.

(p. 534 — 585 R).

Summam iudicii de Isocrate satis verbose dedit c. 11 et 12 p. 556 R sq.: Πρώτην μὲν τοίνυν ἔφην ἀρετὴν εἶναι λόγων τὴν καθαρὰν ἐρμηνείαν· ἐν ἣ διαλλαγὴν οὐδεμίαν εὑρισκον παρ' οὐδετέρῳ (Lysia et Isocrate). ἔπειτα τὴν ἀκρίβειαν τὴν διαλέκτου τῆς τότε συνήθους, καὶ ταύτην ἑώρων ὁμοίαν παρ' ἀμφοτέροις· μετὰ ταῦτ' ἐπελογιζόμεν, ὅτι τοῖς κυρίοις καὶ συνήθεσι καὶ κοινοῖς ὀνόμασιν ἀμφοτέροις κέχρηται· ἢ δ' Ἰσοκράτους λέξεις προσλαβοῦσά τι τῆς τροπικῆς κατασκευῆς μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι**) προήλθε. τῆς δὲ σαφηνείας καὶ τῆς ἐναργείας ἀμφοτέρους κρατεῖν ἀπεφηνάμην. ἐν δὲ τῷ συντόμῳ ἐκφέρειν τὰ νοήματα Λυσίαν μᾶλλον ἡγούμεν ἐπιτυχάνειν· περὶ τὰς ἀξήσεις Ἰσοκράτην κατορθοῦν ἄμεινον ἐδόκουν. ἐν τῷ συστρέφειν τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρειν ὥς πρὸς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐπιτήδειον Λυσίαν ἀπεδεχόμεν. ἐν ταῖς ἡθοποιαῖς ἀμφοτέρους εὑρισκον δεξιούς· τῆς δὲ χάριτος καὶ τῆς ἡδονῆς ἀναμφιλόγως ἀπεδίδουν τὰ πρωτεῖα Λυσία. τὸ μεγαλοπρεπὲς ἡρώον [legendum ἑώρων sive εὑρισκον] παρ' Ἰσοκράτει· τοῦ πιθανοῦ καὶ πρέποντος οὐδέτερον ἐδόκουν ἀπολείπεσθαι. ἐν τῇ συνθέσει τῶν ὀνομάτων Λυσίαν μὲν ἀφελέστερον ἔκρινον, Ἰσοκράτην δὲ περιεργότερον· καὶ τὸν μὲν τῆς ἀληθείας πιθανώτερον εἰκαστήν, τὸν δὲ τῆς κατασκευῆς ἀθλητὴν ἰσχυρότερον.

*) Lysiae praecipue eum operam dedisse ex eo quoque concludi licet, quod peculiarem librum de genuinis et spuris orationibus Lysiae se compositorium promittit p. 485 R.

**) cf. de Demosth. c. 4 p. 963 R πέφευγε τὴν τροπικὴν ὥσπερ ἐκείνη, et c. 18 p. 1007 ἄτολμος περὶ τὴν τροπικὴν.

c. 12: ταῦτα ἔφην περὶ τῆς λέξεως τῆς ἐκατέρου (λεκτικοῦ τόπου). τῶν δὲ πραγμάτων (= τοῦ δὲ πραγματικοῦ τόπου) ποιούμενος ἐξέτασιν, τὴν μὲν εὖρεσιν θαυμαστὴν παρ' ἀμφοῖν κατελάβομένην καὶ ἔτι τὴν κρίσιν· τῇ δὲ τάξει τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τοῖς μερισμοῖς τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τῇ καθ' ἑκάστον εἶδος ἐξεργασίᾳ τοῖς τ' ἄλλοις ἅπασιν τοῖς ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ θεωρήμασι παρὰ πολὺ προτερεῖν ἡγούμην Ἰσοκράτην Λυσίου. κατὰ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν ὑποθέσεων καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως πλείον διαφέρειν ἢ παιδὸς ἄνδρα, ὥς ὁ Πλάτων εἴρηκεν (Plat. Phaedr. p. 279), εἰ δὲ χρή τάλιθ' εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ῥητόρων, ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου προέστησαν. τῆς μέντοι ἀγωγῆς τῶν περιόδων τὸ κύκλιον καὶ τῶν σχηματισμῶν τῆς λέξεως*) τὸ μαιρακιώδες οὐκ ἐδοκίμαζον. δουλεύει γὰρ ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως καὶ τοῦ κομποῦ λείπεται τὸ ἀληθινόν· κράτιστον τ' ἐπιτήδευμα ἐν διαλέκτῳ πολιτικῇ καὶ ἐναγωνίῳ τὸ ὁμοιότατον τῷ κατὰ φύσιν. βούλεται δὲ ἡ φύσις τοῖς νοήμασιν ἔπεσθαι τὴν λέξιν, οὐ τῇ λέξει τὰ νοήματα. συμβούλῳ δὲ δὴ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης λέγοντι καὶ ἰδιώτῃ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντι κίνδυνον ἐν δικασταῖς τὰ κομπὰ καὶ θεατρικὰ καὶ μαιρακιώδη ταῦτ' οὐκ οἶδα ἦντινα δύναιτ' ἂν παρὰσχεῖν ὠφέλειαν· μᾶλλον δ' οἶδα, ὅτι καὶ βλάβης ἂν αἰτία γένοιτο. χαριεντισμὸς γὰρ πᾶς ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γινόμενος ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέφ.

Eadem fere dicit Dionysius in libro de Demosthen. c. 4. p. 962 R. sqq.

De fontibus huius iudicii quaerentibus nobis res magis ex voto procedit quam de Lysia aliisque. Dionysius enim ipse profitetur aliorum se verba repetere c. 13: Οὗτος δ' οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος πρῶτον μὰ Δία· ἐπεὶ πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν ταύτην εἶχον ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν δόξαν. Φιλόνικος μὲν γὰρ ὁ διαλεκτικὸς τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν τὰνδρὸς [ex his igitur Isocratis laudes quoque poterat colligere Dionysius] μέμφεται τῆς καινότητος (legendum puto ταυτότητος, alii λειότητος) ταύτης καὶ τοῦ φορτικοῦ· εἰκέναι τέ φησιν αὐτὸν ζωγράφῳ**) ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσι***) (l. ἐσθήσι) καὶ

*) haec erant in λεκτικῷ τόπῳ tractanda; sed premit aliorum vestigia: οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος' c. 13

**) oratores cum pictoribus et statuariis iam ante Dionysii aetatem identidem comparatos esse docet Brzoska p. 81 sqq. locis undique collatis.

***) hoc simile in usum convertit Dionysius de Demosth. c. 18, ubi etiam de Isocratis elocutione disserit, cf. de Dem. c. 41.

τοῖς αὐτοῖς σχήμασι πάσας ἐπικοσμοῦντι τὰς γραφάς. ἅπαντας γοῦν <φησιν> εὑρισκον τοὺς λόγους αὐτοῦ τοῖς αὐτοῖς τρόποις τῆς λέξεως κεχρημένους [ἐσχηματισμένους?]. ὥστ' ἐν πολλοῖς τεχνικῶς τὰ καθ' ἑκάστα ἐξεργαζόμενον, τοῖς ὅλοις ἀπρεπῇ παντελῶς φαίνεσθαι διὰ τὸ μὴ προσηκόντως τοῖς ὑποκειμένοις τῶν ἡθῶν φράζειν. Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφος φησιν, ἀναγνῶναι μὲν ἄν τινα θυνηθῆναι τοὺς λόγους αὐτοῦ καλῶς, δημηγορῆσαι δὲ τὴν τε φωνὴν καὶ τὸν τόνον ἐπ' ἀραντα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ κατασκευῇ μετὰ τῆς ἀρμοστούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν, οὐ παντελῶς. τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον τῶν ὅχλων παραιτεῖσθαι, τὸ παθητικὸν καὶ ἔμφυχον· δουλεύειν γὰρ αὐτὸν τῇ λειότητι διὰ παντός· τὸ δὲ κεκραμένον καὶ παντοδαπὸν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει καὶ τὰς παθητικαῖς ὑπόθεσεσι διειλημμένον ὑπερβεβηκέναι. καθόλου δὲ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα μήτε τόνον μήτε πάθος μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν. πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις εἴρηται, περὶ ὧν οὐδὲν δεόμαι γράφειν.

Iuvabit eundem Hieronymi locum, sed non omni ex parte cum Dionysii exemplo congruentem ex Philodemi quarto rheloricæ libro apponere (L. Spengel, Bericht d. b. Akad. d. Wiss. 1836; col. XVII sqq. :*)

Ἱερώνυμος δὲ φησιν, ἀναγνῶναι μὲν αὐτοῦ τοὺς λόγους... (ῥαδίως suppl. ed Neap.) θυνήσεσθαι τινα, δημηγορῆσαι δὲ τὴν φωνὴν καὶ τὸν τόνον ἐπαίροντα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ κατασκευῇ μετὰ τῆς ἀρμοστούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν οὐ παντελῶς· τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον παρῆσθαι τῶν ὅχλων· ἔμφυχον γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄνευ παθημάτων (Hiller exhibet ἀνυπάκουστον) εἶναι τὴν λέξιν καὶ οἶοναί πρὸς ἓνα τόνον πεποιημένην, τὸ δὲ κεκρασμένον καὶ παντοδαπὸν καὶ ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει καὶ ταῖς παθητικαῖς ὑπερθέσεσι διειλημμένον ἀποβεβηκέναι, τῇ δὲ λειότητι διὰ παντός δουλεύειν· τοιγαροῦν <εὖ> ἀναγνώστου μὲν εἶναι φωνῆς ὑφαιμένης, ἐπαρθείσης δὲ <μή>, καὶ ταῖς περιόδοις κα...**) οὖσαν τὸν λέγοντα καὶ τὴν ὑπόκρισιν ἀφαιρουμένην (ἀφαιρουμένου cod., em. Spengel) καὶ σχεδὸν ἐαντίαν τῇ τῶν πολιτικῶν· <τὸν> (<τῶν> ed. Neap.) δὲ πολυτε-

*) v. etiam Ed. Hiller, Hieronymi Rhodii fragmenta in Saturæ philol. Herm. Sauppio obl. Berol. 1879 (p. 113 sq.).

**) ita apud Spengelium; sed Hiller exhibet, καὶ π<εφ>ειλοῦσαν (ita Blafs, <προ>ειλοῦσαν ed. Neap.).

ομένων ἐπιστατήσοντα δεῖν καὶ δημηγορικὴν κα<τα>κεχύσθαι (κα<τε>γ<κα>κεχύσθαι ed. Neap.) λέξιν καὶ μὴ τὴν ἐπιδίφριον καὶ κατα-
φιθυρίζουσαν τὸν λόγον· ὅμοιον γοῦν εἶναι τῷ δασὺ καὶ μέγα περι-
θέμενον πρόσωπον παιδίου φωνὴν ἀφιέναι <καὶ> τὸ τοῖς Ἑλλησιν συμ-
βουλεύοντα καὶ πλάσμα καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν δημηγόρου περι-
βαλλόμενον ἐπ' ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν ἀποδεδρακέναι μήτε τόνον
μήτε πάθος μήθ' ὑπόκρισιν δυναμένου φέρειν.

Dionysius Hieronymi verba in artiore ambitum redegit
idque indicavit verbis καθόλου δέ φησιν, plenior locum dedit
Philodemus. Ordine non nihil immutato ex memoria Hiero-
nymy locum eos dedisse credas, sed sunt quaedam, quae
oculorum aut aurium errorem prodere videantur: παραιτεῖσθαι
et παρεῖσθαι, κεκραμένον et κεκλασμένον, ὑπόθεσεσι et ὑπερθέσεσι,
ὑπερβεβηκέναι et ἀποβεβηκέναι, ἐπάραντα et ἐπαίροντα. Composita
est Hieronymi elocutio apud Dionysium, horrida apud Philo-
demum, nec convenit Philodemi κεκλασμένον*), nec τὸ γὰρ
μέγιστον καὶ κινητικώτατον παρεῖσθαι τῶν ὄχλων, si deest τὸ πα-
θητικὸν καὶ ἔμφυχον; ut integriora Halicarnassensem Hieronymi
verba dedisse censeamus. Prioris partis genuinam formam
restituere conatus est Hiller l. c. p. 114.

Sed non est locus hac de re accuratius investigandi.
Hoc autem ex duobus quos apposui locos elucet, Philoni-
cum et Hieronymum Dionysii iudicio summam rerum et
aliqua ex parte verba quoque praeuisse.

De Philonico dialectico i. e. Stoico, quem Isocrateae
elocutionis virtutes et vitia examinasse videmus, nihil habeo
quod addam.

De Hieronymo plura narrat Cicero orat. 56, 189 sq.:
,Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus
usitados, sed tamen versus; vitiosum genus et longa animi
provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocrati libris triginta
fortasse versus Hieronymus Peripateticus in primis nobilis,
plerosque senarios, sed etiam anapaestos; quo quid potest esse
turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba

*) κεκραμένον ἰδὼν Dionys. vet. cens. p. 432 R, et alibi; de Isaeo iud.
c. p. 591 μίγματα.

dempta in primo verbo sententiae postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis; itaque factus est anapaestus is, qui Aristophanius nominatur; quod ne accadat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, ut a me animadversum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium.⁴ Ex Ciceronis igitur testimonio non erat ille quidem incorruptissimus Isocratis iudex, v. Hiller p. 114, Spengel συναγ. p. 152 sqq., Blafs Att. Bereds. II p. 136.

Sed alios quoque de Isocratis elocutione idem iudicasse testatur Dionysius, addit enim: Πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις ταῦτα καὶ παραπλήσια εἴρηται. Aristoteles facile fortasse carpit longiores Isocratis periodos (v. rhet. III 9 et quae adn. Spengel), reprehendit Demetrius vol. Hercul. II col. XVII (v. Spengel ibid.).

Praeterea vitae auctores elocutionis indolem perstrinxisse verisimillimum est; scripserunt autem de Isocrate Demetrius, Aphareus, Hermippus, cuius librum de Isocratis discipulis Dionysius ipse infra laudat p. 588 R.

Aphareus Dionysius affert in quaestione, utrum Isocratis exstent orationes iudiciales necne, c. 18 p. 576 R: Τοιοῦτος μὲν δὴ τις ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς λόγοις ὁ ἀνὴρ. ἐν δὲ τοῖς δικανικοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάννυ ἀκριβῆς καὶ ἀληθινὸς καὶ τῷ Λυσίου χαρακτῆρι ἔγγιστα μὲν προσεληλυθώς, ἐν τῇ δὲ συνθέσει τῶν ὀνομάτων τὸ λειὸν ἐκείνο καὶ εὐπρεπές (fortasse εὐπετές) ἔχων, ἔλαττον μὲν ἢ ἐν ἄλλοις λόγοις, οὐ μὴν ἄλλ' ἔχων γε. μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν ὑπολάβῃ <με>, μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος, ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται (?), μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι· μηδ' ὅτι δέσμας πάννυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαι φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης. ἐπίσταμαι γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα· καὶ οὗτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ*) οὗτ' Ἀφαρεὶ τοῦτου γ' νεκα λόγον εὐπρεπῇ πλαττομένῳ συντίθεμαι, ἱκανὸν δὲ ἡγήσάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον,

* vexavit quidem saepius Isocratem Aristoteles, sed vix ob eam rem Aristotelis auctoritatem in quaestione gravissima removere licet, nisi verbis ,περιφέρεσθαι κτλ.' ferri quidem orationes iudiciales Isocratis nomine statuit, Isocratis esse non statuit.

ὅς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει καὶ γνησιώτατος ἀκουστής ἐγένετο καὶ τὴν ἀπολογία τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀντιγραφαῖς ἐποίησατο, πιστεύω γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὗ μέντοι πολλούς.

Quo loco Aristoteles de orationibus iudicialibus Isocratis verba fecerit, non satis apparet*); plus deciens quidem in arte rhetorica oratoris mentionem facit et exemplum commendat, sed nihil de illis voluminibus. I c. 9 (p. 1368 a): Κἀν μὴ καθ' αὐτὸν εὐπορήσῃς, πρὸς ἄλλους ἀντιπαραβάλλειν, ὅπερ ὁ Ἰσοκράτης ἐποίει διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τοῦ δικολογεῖν. III c. 17 (p. 1418 a): δεῖ οὖν ἀποροῦντα τοῦτο ποιεῖν ὅπερ οἱ Ἀθηῖνσι ῥήτορες ποιοῦσι καὶ Ἰσοκράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ, οἷον Λακεδαιμονίων μὲν ἐν τῷ πανηγυρικῷ, Χάρητος δ' ἐν τῷ συμμαχικῷ. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικαῖς δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοισι, οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ· ἀεὶ γὰρ τινα εἰσάγει. . . ib. p. 1418 b: εἰς δὲ τὸ ἥθος, ἐπειδὴ ἕνια περὶ αὐτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει, καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν ἢ ἀγροικίαν, ἕτερον χρή λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιδόσει. Praeterea saepius Isocratis verba laudantur (II c. 19, c. 23, III c. 14, c. 9, c. 10, c. 11). Illud ῥυπαίνειν, quod Dionysius Aristoteli opprobrat, ex locis allatis non elucet. De Aphareo ipso v. (Plut.) vit. X orat. p. 839 C et Blafs Att. Bereds. II p. 64 sqq.

De Cephisodoro, critico melioris notae, plura Dionysius ipse tradit p. 626 R, p. 722, p. 757, v. etiam Müller fragm. hist. gr. II p. 85. Tria de Isocrate iudiciorum genera Dionysius a superioribus accepisse et quantum ei probaretur in usum suum convertisse videtur, primum Hieronymi, qui Ciceronis testimonio malitiose rem tractavit, et Aristotelis, quem Dionysius maculam Isocrati aspergere voluisse tradit, alterum Apharei, qui nimio patris studio omni laude eius orationes excellere voluit, minus perfectas abiudicavit, tertium denique Philonici, Cephisodori eorumque fortasse, quos Dionysius non nominat, qui virtutes orationis laudabant, notabant vitia.

*) haud scio an recte Rose (ed. Aristot. acad. p. 1500 sq.) inter fragmenta τεχνῶν συναγωγῆς referat.

Restat, ut Ciceronis quoque de Isocrate iudicia summatim recenseamus (v. Blafs Att. Bereds. II p.). Orat. 12, 41 sqq.: ,Itaque ut ego quum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates (Plat. Phaedo p. 279)... Haec de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato et scribit aequalis et quidem exagitor omnium rhetorum hunc miratur unum (v. Dion. p. 558). Me autem, qui Isocratem non diligunt una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus et solutum et fluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum*), spretum et pulsum foro.' or. 52, 174 sqq.: ,qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. . . Gorgias . . . Thrasymachus Horum uterque Isocratem aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior (v. s. p. 88 *μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι*'), sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et iis festivitibus — sic enim ipse censet — insolentius abutitur, quas Isocrates quum tamen audisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam, moderatius [etiam] temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat — prope enim centum confecit annos — relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum iam admodum esset senex, in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.' Cum extremis conferenda quae Dionys. de Isocr. iud. c. 14 p. 564 R: *Ὀλίγου ἅπαρ ὁ λόγος ὑπὸ τῶν τοιούτων αὐτῷ κεκόμψεται σχημάτων. οἱ μέντοι γ' ἐπὶ*

*) Pseudo-Plut. vit. X or. p. 845: (Φίλιππος) ἐκάλει τοὺς μὲν αὐτοῦ (Δημοσθένους) λόγους ὁμοίως (l. ὁμοίους) τοῖς στρατιώταις διὰ τὴν πομπικὴν δόναμιν, τοὺς δ' Ἰσοκράτους τοῖς ἀθληταῖς. de πομπικῇ δυν. cf. Dionys. p. 434 R πομπικὸς καὶ δεινός.

τελευτῇ τοῦ βίου γραφέντες λόγοι ἤττόν εἰσι μαιρακιώδεις, ὥς ἂν (?) οἶμαι, τελείαν ἀπειληφότες τὴν φρόνησιν παρὰ τοῦ χρόνου. — Cic. de orat. III 35, 141 : ,ipse Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod is suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paullo secus dixit. Ille enim ,turpe sibi, ait, esse tacere, quum barbaros,‘ hic autem, ,quum Isocratem pateretur dicere.‘ Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit’. cf. or. 51, 172. Restat locorum copia satis magna, quibus Isocratis eiusque disciplinae mentionem fecit, sed cum ad eos quos posui locos admodum paulum novi adferant, supersedeo adscribere.

Quintiliani quoque testimonia quamquam permultum conferunt ad iudicium de Isocrate illustrandum, tamen omitto, quia, quae ratio intercedat inter Dionysii et Fabii iudicia, utrum hic Halicarnassensem secutus sit an, quod multis in locis mihi magis probatur, ex eisdem fontibus hauserint, non satis enucleatum est, neque mihi diligentius inquirere in praesens licet.

Atque quid ad nostram quaestionem valde opus est? Nonne videmus quae Dionysius profert iam antea omnia fere nota et disputata fuisse? Hic quidem satis modeste profitetur ,οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος πρῶτον μὰ Δία.‘ Sed qui convenit cum illis, quae de toto genere horum studiorum praefatur? ,οὐδὲ κοινὰ — οὐδὲ καθημαξυμένα τοῖς πρότερον — οὐδεμιᾷ τοιαύτῃ περιτυχὼν οἶδα γραφῇ, πολλὴν ζήτησιν αὐτῶν ποιησάμενος?‘

III.

De Isaeo.

(p. 586—625 R).

Tenuem iudicii summam dedit c. 18 p. 624 sq. R: ,Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ κεφαλαιωδῶς περιλαβόντα δι’ ἐλαχίστης δηλώσεως τὰ φανερώτατα εἰπεῖν· ὅτι μοι δοκεῖ Λυσίας μὲν τὴν ἀλήθειαν διώκειν μᾶλλον, Ἰσαῖος δὲ τὴν τέχνην. καὶ ὁ μὲν στοχάζεσθαι τοῦ χαριέντως, ὁ δὲ τοῦ δεινῶς <εἰπεῖν add. R>. εἰ δὲ τις παρὰ θεωροίη

ταῦτα ὡς μικρὰ καὶ φαῦλα, οὐκ ἂν ἔτι γένοιτο ἱκανὸς αὐτῶν κρᾶ-
τῆσαι [legendum puto κριτής*]). ἀλλὰ γὰρ αἱ ὁμοιότητες συντα-
ράξουσιν αὐτοῦ τὴν γνώμην, ὥστε μὴ διαγνῶναι τὸν ἴδιον ἑκατέρου
χαρακτῆρα.**)

Eandem quam Dionysius questus est auctorum inopiam
nobis fontes indagentibus queri licet. Initio libelli historicorum
testimonia discrepare dicit, unde ortus sit Isaeus (p. 586 R): ὡς
μὲν τινες ἱστοροῦσιν Ἀθηναῖος ἦν τὸ γένος· ὡς δὲ ἕτεροι γράφουσι,
Χαλκιδεύς. Qui illi sint docet Harpocratio s. v. Ἰσαῖος· εἷς
μὲν ἐστὶ τῶν ἰ' ῥητόρων οὗτος, μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος
δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος, καθά φησιν Ἑρμιππος ἐν
β' τῶν περὶ Ἰσοκράτους μαθητῶν· Δημήτριος δ' ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύ-
μων ποιητῶν Χαλκιδεά φησὶν αὐτὸν εἶναι. Satis honorifice a Dionysio
ipso statim laudatur Hermippus. Γενέσεως δὲ καὶ τελευτῆς τοῦ
ῥήτορος ἀκριβῆ χρόνον εἰπεῖν οὐκ ἔχω· οὐδὲ δὴ περὶ τοῦ βίου τοῦ
ἀνδρός, οἷός τις ἦν· οὐδὲ περὶ τῆς προαιρέσεως τῶν πολιτευμάτων,
οὐδὲ ἀρχὴν, εἰ προσείλετό τινα πολιτείαν· οὐδ' ὅλως περὶ τῶν τοι-
ούτων οὐδενός, διὰ τὸ μηδὲ τοιαύτη περιτογγάνειν ἱστορίᾳ. οὐδὲ γὰρ
ὁ τοὺς Ἰσοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας Ἑρμιππος ἀκριβῆς ἐν τοῖς
ἄλλοις γενόμενος ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἶρηκεν ἔξω δυοῖν***)
τούτων, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους,
συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων. Ex his facile etiam
fluxerunt quae Dionysius de Isaei aetate (ἤκμασε κτλ.) rettulit,
cum facillime ex Hermippi verbis coniectura assequi posset.
Hermippus, Callimachi discipulus, floruit sub initium se-
cundi a. Chr. saeculi (v. Müll. fr. h. gr. III p. 35). Eius
mentionem facit Hieronymus de script. eccles. I: Hortaris
Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in
ordinem digeram. . . . Fecerunt quidem hoc apud Graecos
Hermippus Peripateticus, Antigonus, Carystius, Satyrus
doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musi-
cus, apud Latinos Varro Santra, Nepos, Hyginus et, ad cuius
nos exemplum provocas, Tranquillus.

*) v. de vocabulis κρίσις, κρίνειν supra p. 79 et infra ,οὐδ' ἱκανὸν ὄντα
κρίνειν.'

**) Blafs Att. Bereds. II p. 464 sqq.

***) de patria Isaei quoque eum tradidisse modo memoravi.

Si totius Hermippi operis fuit, quod statuerunt viri docti, inscriptio βίῳ, eorumque Prellerus (Jahns Jahrb. 1836, XVII 2, p. 169 sq.) recte tres partes distinxit: περὶ νομοθετῶν, περὶ τῶν ἐπὶ σοφῶν, περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμπάντων, ex operis extrema parte quae tradit Dionysius desumpta esse apparet. Disputavit Hermippus non solum de discipulis Isocratis, sed praecedebat liber de magistro ipso (v. vit. Anonym. Baiter-Sauppe Scholia oratoribus Att. adiecta p. 7: Ἑρμιππος δὲ φησιν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰσοκράτους κτλ. et Athenae. XIII 592 D). Discipulorum praecipuas virtutes eum memorasse et inter se comparasse docet fragm. 69 ap. Müll. fr. h. gr. III p. 51. (Athen. X 451 E). Neque tamen plura eum de Isaeo tradidisse quam Dionysius exhibet facile credimus.

Quae Dionysius de Isaei artificiiis argutiisque tradit iam aequalibus animadversum fuisse ipse testatur c. 4 p. 591 R: ἦν δὲ περὶ αὐτοῦ δόξα παρὰ τοῖς τότε γοητείας καὶ ἀπάτης, ὡς δεινὸς ἀνὴρ τεχνιτεῦσαι λόγους ἐπὶ τὰ πονηρότερα· καὶ εἰς τοῦτο διεβάλλετο. δῆλοί δὲ τοῦτο τῶν ἀρχαίων τις ῥητόρων ἐν τῇ Δημοσθένους κατηγορίᾳ, Πυθέας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. πονηρίαν γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ κακίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν ἐνοικεῖν φήσας, καὶ τότε τὸ μέρος ὅλον εἰς διαβολήν, ἐπιτίθησιν, ὅτι τὸν Ἰσαῖον ὅλον καὶ τὰς τῶν λόγων ἐκείνου τέχνας σεστίτισται. Καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὴν διαβολήν ταύτην εἶχεν ἑκάτερος.

Quaestioni de fontibus unum addo locum, quo Demosthenes quaedam ex Isaeo mutuatus esse fertur, Theon. progymn. rhet. gr. I p. 154 W., II p. 63 Sp. καὶ μὲν τοί γε ὁ Φίλιστος τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῶν Θουκυδίδου μετενήνοχε, καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τὰ τε Λυσίου, καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέως (l. Διοκλέους) ὕβρεως. Hoc quoque testimonium, cum quod de Philisto traditur etiam apud Cicero- nem (ad Quint. fr. II 12) verbis „pusillus Thucydides“ (Philistus) significari videatur, supra Dionysii aetatem redire puto, fortasse ad aliquem de imitatione librum.

Sed huiusmodi res sescentae luce carent, illud autem facile videmus Dionysium ne in hoc quidem iudicio nova et inaudita tradidisse.

IV.

De Demosthenis elocutionis.

(qui liber vulgo inscribitur *περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος**), p. 953—1129 R).

Accedamus ad alteram libri de veteribus oratoribus partem, de Demosthene, Hyperide, Aeschine, quam perfectam fuisse ex initio iudicii de Dinarcho apparet, exstat autem sola de Demosthenis elocutione (p. 1129 R: *περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως*) disputatio**).

Dionysius cum Demosthenem absolutae et perfectae orationis quasi normam esse in libro de verborum compositione plus uno loco docuisset, magnam mihi libri de Demosthene excitavit expectationem. Sed spes me aliquantum fefellit; plus novi exspectaveram quam inveni et iterum iterumque legenti nimia verborum res alibi tractatae et in hoc ipso libro non semel repetitae mihi aliquantum fastidii moverunt. Est sane dimidia pars de elocutione — altera eaque gravior de rebus in ultima libelli pagina promittitur — est eadem initio perditio mutila, sed neque multa intercidisse ex c. 17 et 40 conici licet, et Dionysius quaestionibus de genere dicendi elegantiam et doctrinam in primis ostendere solet***). Sed hoc longius recedit a nostra provincia.

De Demosthenis elocutione Dionysio haec fere disputata sunt. Dicendi sunt tria genera, sublime, tenue, medium; sublime Thucydides, tenue Lysias, medium coluerunt Plato et Isocrates. Demosthenes autem non solum Thucydidem

*) cod. Ambros. D 119 (sec. XV) recte exhibet *περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως*. v. Herwerden, Dionys. Hal. epist. crit. III praef. p. V.

**) Epist. ad Cn. Pomp. c. 2 p. 758 R: *λοιπὸν δ' ἐστὶ μοι καὶ περὶ αὐτῶν, ὧν εἴρηκα λόγων περὶ τὰνδρὸς ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων*, εἰπεῖν δ' αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἐκεῖ γέγραφα, repetuntur quae de Demosth. c. 5 p. 964 exposita sunt. Librum de Demosthenis elocutione post librum de comp. verb. confectum et editum esse recte Roefsler Dionys. fragm. p. 4 sq. contra Blassium defendit. Obiter moneo illud *δηλοῦται* p. 240 Sch. perfecti loco dici potuisse, ut procul dubio *γράφω τάδε* ad Pomp. c. 3 p. 767 perfecti vim obtinet.

***) Tenuia quoque sunt, quae vet. cens. p. 433 R sq. de Demosthene traduntur, ut etiam in libro II *περὶ μιμήσεως* Dionysius imaginem summi oratoris parum distincte expressisse videatur.

et Lysiam diversa genera sequentes (c. 8—16), sed etiam qui mediam aureamque viam institerunt Isocratem (c. 17—22) et Platonem (c. 23—33) longe superat. Incipit c. 35 disputatio de Demosthenis compositione verborum — delectum leviter perstringit — et deducitur paucis interpositis (c. 45 et 46) usque ad c. 52, qua quaestione Demosthenis orationes praeceptis pulchrae et iucundae compositionis omni ex parte respondere ostendit. In haec viginti capita totum fere librum de compositione transtulit saepe ne verbis quidem mutatis; moleste imprimis ferimus, quae de compositionis generibus scripsit, praesertim cum de totius elocutionis generibus ante planius disseruerit. Pauca eaque subtiliora tradit de pronuntiatione orationum Demosthenis c. 53. Extrema parte quae Aeschines alique in Demosthene reprehenderunt refutat. Virtutes Demosthenicae elocutionis maximam partem indicantur c. 58.*)

Haec igitur summa libri satis ampli. Quae ad artem pertinent a nobis iam supra tractata omittimus, omittimus ea quoque quae ad iudicia de Thucydide et Platone referenda sunt; reliquum est, ut quaeramus quosnam auctores in elocutione Demosthenis aestimanda secutus sit v. Blafs III 1 p. 63 sqq.

Demosthenem multis praeclarisque virtutibus ceteris oratoribus antecellere et facile principem esse Dionysii temporibus plurimi consentiebant. Auctores igitur eius iudicii afferre et difficile fuit et non necessarium. p. 1062 R: Ὅτι μὲν οὖν περιττή τις ἔστιν ἡ τῆς λέξεως τῆς Δημοσθένους ἁρμονία καὶ μακρῷ δὴ τινι διαλλάττουσα τὰς τῶν ἄλλων ῥητόρων, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος. Hoc ei aequalium vel qui maxime adversarentur dicit tribuisse, ὃν ἦν Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ. Qui cum Demosthenis elocutionem ceteroqui malitiose ut adversarius et aemulus exagitet, hoc concedit (p. 1065 R): Ὡς ὁμᾶς ὀρροδῶ κακῶς πάσχοντας τὴν σύνθεσιν τῶν Δημοσθένους ὀνομάτων ἀγαπήσαντας. Demosthenem propter verborum portenta cavillatur c. 57 p. 1125 R, quibus conferenda sunt quae Cicero or. 8, 26 tradit: „Ac tamen in hoc

*) Demosthenem non Aristotelis arte oratoria institutum esse docet epist. ad Amm. I; quibus artibus usus sit se quaesitum promittit c. 3 p. 723 R.

ipso diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dura, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, quum quidem eum beluam appellet, utrum illa verba an portentosa sint.⁴ Erant igitur, quibus Demosthenis electio verborum minus probaretur, compositionem admirabantur omnes, ut quae Dionysius hac de re tradit aliqua ex parte certe aliunde adscita esse putanda sint.

De actione disputans Demetrium auctorem laudat aliosque vitae scriptores c. 53 p. 1118: καίτοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχῶς χρησάμενος, ὡς Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς φησι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. Hi qui fuerint, Fr. Gebhard de Plutarchi in Demosthenis vita fontibus ac fide diligenter exposuit (Monachii 1880). Ipse de uno Demetrio pauca afferam. Atque Dionysius illum p. 757 R in numero exagitatorum elocutionis Platonicae posuit. Cicero ad Q. fratr. de pet. consul. 1, 2: „Saepe quae de Demosthenis studio et exercitatione scripsit Demetrius recordare.“ De divin. II 46, 96 (de litterae r pronuntiatione). Inter multos eius libros fuisse etiam rhetoricos refert Diogen. Laert. V § 80.

Num Dionysius quae de Aeschine Demosthenis adversario profert ex ipso Aeschine collegerit, dubito, praesertim cum mire cum Cicerone conspiret; ferebantur de clarissimi oratoris vita libri, in quibus etiam de inimiciis Aeschinis et Demosthenis disputatum fuisse verisimile est, v. Schol. Aesch. (Baiter-Sauppe p. 26).

Denique addo locum Demetrii Magnetis de Din. c. 1, ubi praecipuae Demosthenis virtutes memorantur et in comparationem vocantur.

Ciceronis testimonia duo iam attuli; accedunt hi quoque loci, quibus ut alibi Tullium Graecos secutum esse putamus. Orat. 2, 6: „In oratoribus graecis quidem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Ac tamen quum esset Demosthenes, multi oratores magni et clari fuerunt et antea fuerant nec postea defecerunt.“ Idem fere 7, 23. Demosthenes cum aliis comparatur oratoribus orat. 31, 110: „Nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil laevitate(?) Aeschini et splendore verborum.“ Omnes

elocutione infra Demosthenem esse saepe dicit: Thucydides grande genus dicendi sequitur, sed nihil ad oratorem, quem quaerimus (de optim. gen. or. 5,15); Lysias tenuis generis cultor, elate dicere fortasse non potuit (ib. 4,10), Isocrates paene perfectus orator, sed mollior; ne Plato quidem, quem Cicero semper excipere solet summisque laudibus cumulat, satis aptus ad causas forenses explicandas; par nobile oratorum Demosthenes et Aeschines, antecedit Paeaniensis. Omnes in unius Demosthenis elocutione coniunctas esse virtutes oratorias docet [δεινότητα appellat Dionysius] Brut. 9,35: „Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil ut ita dicam subdole nihil versute (πανουργίαν et ἀπότην ab Isaëo acceptum dicit Dionysius), quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri posset aliquid limatius, nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.“

Πραγματικὸν et λεκτικὸν τρόπον in hoc iudicio spectare eum videmus latetque hic quoque cum aliis oratoribus comparatio. Ad verborum electum et compositionem pertinent imprimis quae de verborum splendore et gravitate et de limata oratione dicit. Concursum vocalium ut vitiosum magna ex parte Demosthenem quoque fugisse tradit orat. 44,151. Numeros grandes et suaves et rebus accommodatos Demosthenis orationes habere, etsi Cicero non aperte testatur, tamen ex aliis oratoris laudibus hanc quoque virtutem Demostheni tribuisse apparet. Sententiarum ornamenta laudantur orat. 39,136: „Et sunt sententiarum lumina maiora (quam verborum), quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent*) idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem.“ Aliis locis aliae Demosthenis virtutes nominantur, orat. 26,90 facetiae; orat. 70,234 fulmina; de orat. II 23,94 veritatis studium; de orat. III 7,28 vis praecipua; ad Alt. 2,1,3 σεμνότης.

De actione quoque quae Dionysius tradit habemus maximam partem apud Ciceronem, de orat. III 56,213: „Sed haec

*) hoc quoque ostendit de λεκτικῷ τρόπῳ Demosthenis disputatum esse.

omnia perinde sunt, ut aguntur. Actio, inquam, in dicendo una dominatur. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos saepe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias. . . . Quanto, inquit (Aeschines), magis miraremini (Rhodii), si audissetis ipsum (Demosthenem). Eadem fere orat. 17, 56, Brut. 38, 142.

Quin etiam de singulis orationum partibus disputatum fuisse videtur, nisi quae orat. 8, 26 tradit, ipsius Tulli sunt: Itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incendens iudices, ut vidit ardentis, in reliquis exsultavit audacius. cf. § 133. Ciceronis quoque testimonio Mendum et Charmadam de Demosthenis orationibus disseruisse accepimus, de orat. I 19, 88 sqq. Demosthenis locupletissimi erant iudices cives, qui orationes audiebant et admirabantur. Secuti sunt rhetores, qui virtutes oratorias praeceptis rhetoricis ponderaverunt Demosthenique palmam perfectae eloquentiae tribuendam esse omnes fere consenserunt; erant quidam qui adversarentur unam alteramve partem ut minus perfectam aut nimis exaggeratam exagitantis, sed speciem obtrectationis et cavillationis male caverunt. Dionysius studiosorum partes secutus de Demosthenis genere dicendi ita disputavit, ut rem usui scholarum (quamquam de Demosth. c. 46 p. 1099 ὁπομνηματισμὸς suos opponit σχολικοῖς χαρακτηρσι) accommodaret exemplis praeceptisque interpositis, novi paulum admodum proferret. Imprimis cum Cicerone consentit, quem et ipsum in Asia*) et Athenis studiorum causa versatum esse nobilissimosque doctores audivisse constat (Brut. § 315), ut praeter auctores quos attuli alium nec tenuem fontem ex illarum regionum doctoribus et criticis repetendum esse non absurde conicias.

V.

De Hyperide.

Dionysium alteram partem de veteribus oratoribus absolvisse supra dixi; de Demosthene exstat περὶ τῆς λέξεως

*) de Pergamenorum studiis v. Brzoska p. 57 sqq.

Δημοσθένους libellus, de Hyperide et Aeschine iudicia ad nos non pervenerunt. Quid autem de his praestantissimis oratoribus iudicaverit, colligi licet ex compluribus locis. Atque primum Hyperidem in libro de Din. c. 1 refert similiter atque Demosthenem et Aeschinem dicendi genera ab prioribus inventa perduxisse ad perfectionem (τελειωτής τῶν ἐτέρους εὐρημένων). Ibidem quae eius virtutes fuerint exposuit c. 6 p. 641 R: ὁ δ' Ὑπερίδης κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ἡττᾶται Λυσίου, κατὰ δὲ τὸν πραγματικὸν τρόπον διαφέρει· διηγείται δὲ πολλαχῶς, ποτὲ μὲν κατὰ φύσιν, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πορευόμενος, πιστοῦται δ' οὐ κατ' ἐνθύμημα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐπιχείρημα πλατύνων, et c. 7 p. 643: Ὀμοίως (ut Lysiae et Dinarchi orationis diiudicantur) καὶ ἐπὶ τῶν Ὑπερίδου· ἐὰν τῆς μὲν λείξεως τὸ ἰσχυρόν, τῆς δὲ συνθέσεως τὸ ἀπλοῦν, τῶν δὲ πραγμάτων τὸ εὐκαιρον, τῆς δὲ κατασκευῆς τὸ μὴ τραχικὸν μηδὲ ὀγκῶδες ἔχῃ — ταῦτα γὰρ μέγιστα ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ἰδιὰ ἐστὶ — Ὑπερίδου λεγέτω.

Ex veterum quae vocatur censura, quae ex secundo Dionysii de imitatione libro excerpta est (v. Usener Dion. Halic. de imitat. librorum rel. p. 14), haec appono: Ὁ δὲ Ὑπερίδης εὖστοχος μὲν, σπάνιον δ' ἀξίητικὸς καὶ τῇ μὲν τῆς φράσεως κατασκευῇ Λυσίαν ὑπερηρκώς, τῇ δὲ τῆς εὐρέσεως*) πανουργία πάντας. ἔτι δὲ τοῦ κρινομένου διὰ παντὸς ἔχεται καὶ τοῖς ἀναγκαίοις τοῦ πράγματος προσπέφυκε, καὶ συνέσει πολλῇ κεχορήγηται, καὶ χάριτος μεστός ἐστι· καὶ δοκῶν ἀπλοῦς οὐκ ἀπὸ πλάκας δεινότητος. τούτου ζηλωτέον μάλιστα τῶν διηγήσεων τὸ λεπτόν καὶ σύμμετρον, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐφόδους, <αἷς>**) ἐπὶ τὰ πράγματα βαδίζει.

Veterum praeterea iudicia de Hyperide collegit F. Blafs in editione orationum Hyperidis. Ciceronis testimonia, quae cur illie non adiecerit, non video, sunt haec: de orat. II 23, 94 laudatur eius veritatis studium, ib. I 13, 58: Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos (τελειωτάι!), ib. III, 7, 8 acumen Hyperidis . . . orat. 26, 40: satis in orationibus facetus. Brut. 9, 36: proximus fuit De-

*) εὐρέσεως quod supplebitur cod. P Useneri cum in aliis codicibus exciderit, viri docti alii διηγήσεως alii οἰκονομίας de coniectura addiderunt. cf. de Isocr. c. 16 init., de Dem. c. 6.

**) αἷς add. Hoeshel, ὡς Usener.

mostheni, quamquam dissimilis est (36, 138 et 82, 285). Brut. 84, 290 eum dicendo audientium animos ut vellet movisse.

Demetrius Magnes χάριν Hyperidis laudat ap. Dionys. de Dinarch. c. 1 p. 631 R <Δείναρχος> οὐδὲν ἀπολείπων τῆς Ὑπερείδου χάριτος. — De virtutibus Hyperidis cf. praeterea (Longin.) περὶ ὕψ. c. 34 et Blafs Att. Beredsamkeit III 2 p. 22 sqq.

VI.

De Aeschine.

Dionysius in veterum censura c. 5 p. 434 R de Aeschine haec exhibet (Usen. p. 13): 'Ὁ δὲ Αἰσχίνης ἀτονώτερος μὲν τοῦ Δημοσθενικοῦ, ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικὸς ἅμα καὶ δεινός· καὶ οὐ πᾶν μὲν ἔντεχνος, τῇ δὲ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερὲς καὶ κεχορηγῆμένος· καὶ σφόδρα ἐνεργὴς καὶ βαρὺς καὶ αὐξήτικος καὶ πικρός· καὶ ἴσθις μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι, σφοδρὸς δ' ἐξετασθεῖς. Idem in libro de Demosth. c. 35 p. 1063 R: ὧν (adversariorum Demosthenis) ἦν Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ἀνὴρ λαμπροτάτῃ φύσει περὶ λόγους χρησάμενος, ὃς οὐ πολὺ ἂν ἀπέχειν δοκεῖ τῶν ἄλλων ῥητόρων καὶ μετὰ Δημοσθένην μὴ δευτέρως ἀριθμείσθαι. v. Blafs III 2 p. 161 sqq.

Iam ut de fontibus quaeram, scripserunt de Aeschine Demetrius Phalereus, Idomeneus Lampsacenus, Hermippus alique, cuius rei luculentissimum testimonium suppeditat Scholion Aeschineum (Baiter-Sauppe p. 26, Schultz Aeschinis or. p. 6): 'Ὅτι μαθητὴς ἐγένετο (Aeschines), ὡς μὲν Δημήτριος ὁ Φαληρέας φησι Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου, εἶδ' ὕστερον τοῦ Πλάτωνος*). ὡς δὲ Καικίλιος καὶ Ἰδομενεὺς καὶ Ἑρμιππος ἱστοροῦσιν, οὐκ ἤκουσε τούτων τῶν ἀνδρῶν μαθήσεως χάριν· φασὶ γάρ, ὡς ὅτι οὐδὲν τοῦ χαρακτήρος τοῦ Πλατωνικοῦ σώζει, οὔτε τὸ ἀκριβὲς καὶ καθαρὸν οὔτε τὸ (οὔτε τὸ add. Reiske) ἀπέριττον καὶ εὐρυθμον, ἀλλὰ κεχηγνυῖά πῶς ἐστὶν αὐτοῦ ἡ ἰδέα τοῦ λόγου καὶ ἄτεχνος μὲν καὶ προπετῆς καὶ εὐχερῶς ἐπὶ τὸ λαιδορεῖν αἰσχροῦς καὶ ἀπρεπῶς ῥήτορι ἐξαγομένη, ἔχουσα δὲ τι εὐφρὸς καὶ εὐάγωγον καὶ οἷον ἂν γένοιτό τι ἐκ φύσεως καὶ μελέτης ἀφανὸς.

Summam cum Dionysii iudicio congruere elucet. Atque hoc quoque lucrificamur vitarum auctores genus dicendi accura-

*) Socraticus Aeschines cum nostro, quem ne Socratis auditorem fuisse putemus temporum ratio obstat, confusus esse videtur.

te examinasse, ut etiam quem quisque audivisset, hac quaestione diiudicarent.

Ciceronis testimonia praeter locos quos supra de Demosthene attuli sunt haec: de opt. gen. or. § 14: 'Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demostheni. § 17: 'A me autem [cum neque Thucydides neque Plato, ne Isocrates quidem ad forenses causas aptus sit], ut cum maximis minima conferam, gladiatorum par nobilissimum inducitur, Aeschines, tamquam Aeserninus, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed acer et doctus, cum Pacideiano hic componitur optimum longe post homines natos.' Nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse divinius.' § 22: 'Quid enim tam aut visendum aut audiendum fuit quam summorum oratorum in gravissima causa accurata et inimicitii incensa contentio?' Brut. 82, 285: 'quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam iidem et Hyperides? quam horum omnium Aeschines?' In eius dicendi genere levitas*) et splendor verborum laudatur or. 31, 110. Adde huic loco Tuscul. 3, 26, 63: 'Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice, quam copiose, quas sententias colligit, quae verba contorquet (ἐκλογὴν ὀνομάτων spectare videtur)? ut licere quidvis rhetori intellegas.' Praeterea de orat. III 7, 28 et III 56, 213. Ex Ciceronis quoque iudicio 'Αἰσχίνης μετὰ Δημοσθένην μηδενὸς δεύτερος ἀριθμεῖσθαι' dignus est.

De Dinarcho.

Dionysius cum totum de oratoribus (et historicis?) opus absolvisset, de Dinarcho quoque, quem apud plurimos in honore esse videret, quaestionem instituit, praesertim cum qui antea de eo scripserant aut minus subtilia aut falsa tradidissent, c. 1 p. 630 R: ὁρῶν δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἄνδρα παρὰ

*) minime convenit cum Hermippi aliorumque iudicio (καχηνοῦτα, ἄτεχνος λέξις, πικρός), si levitas est λειότης.

πολλοῖς*) ἡξιωμένον ὀνόματος ἐπὶ δεινότητι λόγων καὶ ἀπολελοιπότα δημοσίους τε καὶ ἰδίους λόγους οὔτε ὀλίγους οὔτε εὐκαταφρονήτους, ἡγησάμεν δὲ μὴ παραλιπεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ βίου καὶ τοῦ χαρακτήρος αὐτοῦ διελθεῖν καὶ διορίσαι τοὺς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους.

De Dinarchi vita et de orationibus genuinis spurisque quaestionem, quam Dionysius suis studiis suoque ingenio fretus quam accuratissime se tractasse non immerito gloriatur, sepono.

De elocutione eius quid iudicaverit exponit c. 5 p. 639 sqq.: καιρὸς ἤδη καὶ περὶ τοῦ χαρακτήρος αὐτοῦ λέγειν. ἔστι δὲ δυσόριστον. οὐδὲν γὰρ οὔτε κοινὸν [assentior Christii coniecturae καινόν**)] οὔτ' ἴδιον ἔσχεν, οὔτ' ἐν τοῖς ἰδίοις οὔτ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν κτλ. Omnium fere oratorum similitudinem quandam invenias in Dinarcho, nullius imaginem ita expressam, ut Dinarchi orationes ab aliorum non facile dignoscas. Demosthenis quo nomine similis et dissimilis fuerit, significat. c. 8 p. 646 λείπεται δὲ Δημοσθένους κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων τῇ δεινότητι· κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῇ ποικιλίᾳ τῶν σχημάτων καὶ τῇ ἐξαλλαγῇ· κατὰ δὲ τὴν εὔρεσιν τῶν ἐπιχειρημάτων τῷ μὴ καινὰ καὶ παράδοξα λαμβάνειν, ἀλλὰ φανερὰ καὶ ἐν τῷ μέσῳ κείμενα· κατὰ δὲ τὴν οἰκονομίαν τῇ τάξει καὶ ταῖς ἐξεργασίαις τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ ταῖς προκατάσκευαῖς καὶ ταῖς ἐφόδοις καὶ τοῖς ἄλλοις τεχνικοῖς παραγγέλμασιν, ἃ περὶ ταύτην ἐστὶ τὴν ἰδέαν· μάλιστα δ' αὐτοῦ λείπεται τῇ συμμετρίᾳ καὶ τῷ [καιρῷ] πρέποντι***). λέγω δὲ ταῦτα οὐκ ἐν τῷ καθόλου τρόπῳ ὥς μηδὲν τούτων κατορθοῦντος, ἀλλ' ἐν τῷ κοινοτέρῳ καὶ ὥς ἐπὶ τὸ πολὺ. δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ ἄγροικόν τινες Δημοσθένην†) ἔφασαν εἶναι κατὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς οἰκονομίας ταύτην περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν λαβόντες. τὸ γὰρ ἄγροικον τοῦ πολιτικοῦ σώματος οὐ μορφῇ, κατασκευῇ δὲ καὶ διαθέσει τινὶ τῆς μορφῆς διήνεγκεν.

*) In his Demetrium Magnetem fuisse docet iudicium infra positum.

**) cf. quae sequuntur de Dinarchi cum aliis similitudine et c. 8 τῷ μὴ καινὰ καὶ παράδοξα λαμβάνειν, ἀλλὰ φανερὰ καὶ ἐν μέσῳ κείμενα; p. 974 R (de Dem. c. 8) οὔτε καινὸν οὔτε περιττὸν ἐπετήδευσαν.

***) τῷ καιρῷ πρέποντι vix graece dicitur; ΚΑΙΡΩΙ litteris ΚΑΙ ΤΩΙ repetitis natum esse videtur.

†) cf. rhet. gr. III 384 W. κρίθινος Δημοσθένης.

Quaerendum iam de Dionysii auctoribus. Non opus est, si ipsi credimus; nam qui antea de Dinarcho scripsissent neque diligentia neque subtilitate qua oportuit rem egisse dicit c. 1 p. 630: ἄρα δὲ ὁρῶν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔτε Καλλίμαχον οὔτε τοὺς ἐκ Περγᾶμου γραμματικοὺς περὶ αὐτοῦ γράψαντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ μηδὲν ἐξετάσαι περὶ αὐτοῦ τῶν ἀκριβεστέρων ἡμαρτηκότας, ὥς μὴ μόνον ἐψεῦσθαι πολλά, ἀλλὰ καὶ λόγους τοὺς οὐδὲν μὲν αὐτῷ προσήκοντας ὡς Δεινάρχου τούτῳ προστίθεσθαι· τοὺς δ' ὑπ' αὐτοῦ γραφέντας ἐτέρων εἶναι λέγειν. Carpit Callimachum et Pergamēnos grammaticos, qui, ut ex ipsius Halicarnassensis verbis apparet, non nudos titulos orationibus inscripserunt, sed etiam de aliis rebus, de vita puta et de genere dicendi, imprimis, quae genuinae, quae subditivae essent orationes disputaverant.

Atque primum quidem pauca de Callimachō, clarissimo bibliothecae Alexandrinae praeside. Apud Dionysium bis praeter locum allatum laudatur, de Isae. iud. c. 6 p. 594 R: τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος περὶ Φερηνικοῦ ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου (v. quae adnotat Reiske); de Demosth. c. 13 p. 994 R: ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεῖς λόγους, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἀλονήσου (cf. argum. huius orat. ap. Baile-Sauppe p. 526).

Nudas his locis affert inscriptiones Callimachi, de vita et elocutione nihil. Quamquam in Cyrenaici tabulis alias quoque res perscriptas fuisse docent cum alii tum Diogenes Laert. VIII 86: (Εὐδοξός) τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἱατρικὰ Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου, καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς πίναξί φησιν. Id. IX 23: Καλλίμαχος δὲ φησιν μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. Canonas (πίνακας), ubi oratoribus quoque scitu dignissima adscripta fuisse puto, si exceperis, alibi de oratorum vitis et operibus Callimachum nihil tradidisse, adsentientem me habet Brzoska p. 9. Certe Caecilius, Dionysii familiaris, Callimachum ex criticorum numero removet ap. Phot. bibl. cod. 265 p. 491 b 31 οὐδ' ἱκανὸν ὄντα κρίνειν.

Plus quam Alexandrini contulerunt studii et operae in oratores grammatici Pergameni. Dionysius, ut qui etiam aliorum severus censor fuerit, eos rem accurate diligenterque tractasse negat. Sed eos praeter ceteros criticos

esse appellatos ostendit Brzoska, qui p. 56 sqq. de eorum studiis disputat et nomina grammaticorum affert. Quare ne acta agere videar, hanc quaestionem mitto.

Transeamus ad tertium, quem Dionysius nomine non digna edidisse dicit, Demetrium Magnetem c. 1 p. 631 R: 'Αλλὰ Δημητρίῳ ὁ Μάγνης, ὃς ἔδοξε γενέσθαι πολυῖστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ λέγων καὶ περὶ τοῦτου τοῦ ἀνδρός καὶ ὑπόληψιν παρασχών, ὡς περὶ αὐτοῦ λέξων τι ἀκριβές, διεφεύσθη τῆς δόξης. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὰς λέξεις παραθέσθαι τοῦ ἀνδρός. ἔστι δὲ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντα τάδε·

Δεινάρχῳ δ' ἐνετύχομεν τέταρτον· ὧν ἐστὶν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν, ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγέροχε μυθολογίας. ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τοῦτον, Δῆλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πᾶγμα. τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ὀμήρου λόγον συντεθεικώς. ἐθέλω δὲ πρὸς μέρος περὶ ἐκάστου διελθεῖν· καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ ῥήτορος. ἐστὶ τοίνυν οὗτος κατὰ γε τὴν ἐμὴν δόξαν οὐδὲν ἀπολείπων τῆς Ὑπερείδου χάριτος, ὥστ' εἰπεῖν· καὶ νῦν κεν ἢ παρέλασεν. ἐνθύμημα γὰρ φέρει πλεῖστον καὶ σχῆμα παντοδαπόν· πιθανότητός γε μὴν οὕτως εὖ ἔχει ὥστε περιστάνειν τοῖς ἀκούουσι μὴ ἄλλως γεγονέναι τὸ πᾶγμα ἢ ὡς αὐτὸς λέγει. καὶ νομίσαιεν ἂν τις εὐήθεις εἶναι τοὺς ὑπολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθένους εἶναι τοῦτον. πολὺ γὰρ ἀπέχει τοῦ χαρακτῆρος· ἀλλ' ὅμως τοσοῦτον σκότος ἐπιπεπόλακεν, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αὐτοῦ λόγους σχεδὸν πᾶσι ὑπὲρ ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἀγνοεῖν συμβέβηκε· τὸν δὲ μὴ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ μόνον ἐκείνου νομίζεσθαι. ἡ δὲ λέξις ἐστὶ τοῦ Δεινάρχου κυρίως*) ἠθική, πάθος κινούσα σχεδὸν τῇ πικρίᾳ μόνον, καὶ τῷ τόνῳ τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος λειπομένη, τοῦ δὲ πιθανοῦ καὶ κυρίου μηδὲν ἐνδέουσα. Addit Dionysius: Ἐκ τούτων οὐδὲν ἐστὶν οὔτε ἀκριβές, ἀλλ' οὔτε (?) ἀληθὲς εὔρειν.

Quo iure Dionysius haec Magnetem opprobaverit, in praesens mihi non est tempus quaerere; illud autem moneo, Demetrium in magna scriptorum quos libri περὶ ὁμωνύμων (ποιητῶν τε καὶ

*) locum ita legendum puto: ἡ δὲ λέξις ἐστὶ τοῦ Δεινάρχου κυρία, ἠθική, πάθος κινούσα, σχεδὸν τῇ πικρίᾳ μόνον καὶ τῷ τόνῳ τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος λειπομένη κτλ. In extremis interpunctionem Reiskius mea quidem sententia non recte posuit. Sunt coniuncta πικρία et τόνος, non opposita, cf. p. 786 R.

συγγραφέων) comprehendit multitudine de singulis non tanta diligentia et subtilitate disputare potuisse, quanta Dionysius fecit, qui peculiarem de Dinarcho quaestionem instituit. Atque de elocutionis virtutibus iudicia si discrepant, non est mirum. Spectat autem Demetrii iudicium eadem fere quae Dionysius, num sit λέξις κορία, ἡθικὴ, παιδαγωγική, ἐναργής, πικρά, παντοδαπή, πιθανή, πειστική, τόνον habeat aliasque virtutes; secernit spuria genuinis, denique oratorem cum oratore comparat idque non in Dinarcho solo eum fecisse in promptu est conicere.

De subditivis et genuinis scriptis eum quaesivisse Diogen. Laert. quoque testis est II 57: Ἀθηναίων καὶ*) Λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἣν φησιν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος Δημήτριος ὁ Μάγνης. Ex eodem Demetrio plus quam viginti locis — ἐν ὁμωνύμοις sive ἐν τοῖς ὁμωνύμοις laudari solet — afferuntur quae ad vitas philosophorum pertinent, praesertim ubi Demetrius Magnes et Phalereus et Hieronymus et Hermippus alique auctores discrepant. Est igitur haud spernendus auctor Demetrius.

Minus quam huic probabatur illis Dinarchi elocutio, qui Dionysii ipsius testimonio eum ἄγροικον Δημοσθένην sive (v. Hermogenem in Rhet. gr. III 384 W.) κρίθινον Δημοσθένην appellabant. Et haud scio an aliqua ex parte Dionysii acerbior iudicium illuc sit referendum.

Propius ad Magnetis iudicium accedunt Ciceronis, quem Demetrii librum novisse verisimile est, testimonia. Brut. 9, 36, Huic (Demostheni) Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus et is, cuius nulla extant scripta, Demades alique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam; et, ut opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. De or. II 23, 94: et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus alique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen omnes sunt in eodem veritatis imitandae genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud studiumque vixit.

*) solam Atheniens. polit. Demetrium damnasce censet Christ Gr. Litt. p. 274

Ceterum de Dinarcho disputationem facile omnium perfectissimam Dionysii puto, quippe cum aliorum adiumentis paene destitutus suis studiis niti et de vita orationibusque diligentius quaerere cogeretur, quantum autem recte statuerit, quantum ipse erraverit, propter testimoniorum inopiam ad liquidum non potest perducī.

Quid igitur de summa iudiciorum Dionysii statuemus? Erat sane Halicarnassensis homo arte rhetorica optime institutus intimeque oratorum atticorum studia amplectebatur, ut mirum non sit, si multa imprimis de elocutione eorum docte et subtiliter disputavit. Illud autem tenendum est iudicia de veteribus oratoribus ab ipsorum aequalibus et aemulis profecta, a rhetoribus, qui exempla praeceptorum proponere vellent, ab auctoribus vitarum et canonum conditoribus, denique a philosophis, qui quidem nimis artificiosa exagitabant, et grammaticis, quorum sextum pulcherrimumque munus *κρίσιν ποιημάτων* dicit Dionysius Thrax (p. 6 Uhl.), aucta et correctā posterioribus esse tradita, ut Dionysius scriptoribus accuratissime ad praecepta artis oratoriae examinatis copiosiora quidem, nova et inaudita autem tradidisse minime putandus sit.

